



Universitätsbibliothek Paderborn

Homiliæ Qvadragesimales Reverendissimi D.ni P. F. Hieronymi Baptistæ De Lanvza Venerabilis memoriæ Episcopi Barbastrensis & Albarrazini, Ord. FF. Prædicatorum

Ex Hispanico idiomate in latinum perfectè fideliterq[ue] iuxta posteriorem omnium, nouamq[ue] editionem translatae, & ab innumeris cùm S. Scripturæ, tùm SS. Patrum typographicis erroribus emendatæ ... cum triplici Indice ...

Lanuza, Jerónimo Bautista de

Antverpiæ, 1649

§. 19. De Cineribus insurgunt in nobis anxietates sollicitudines, quæ à somno excitent, vt muscæ Ægyptios.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-53012](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-53012)

reportatur. Iam ex nunc dedit nobis scedulam, quā ipsemet fateretur eius receptionem, quando dixit: *Quamvis uni ex minimis meis fecisti, mihi fecisti.*

Stat. 45. de Au non audistis (interrogat D. Chrysol.) id quod David de Deo est locutus: quod *assisit à dextris pauperibus.* Ibi est à dextris pauperis: quia si tibi videret, quod sicut vides, quod ille, qui à te petit opes tuas, ut talis, non possit te fecurum facere, ut illi eas confidas, esto securus, cum illo adstat ipse Deus, qui fateretur & cautio- nem præstat à tempore receptionis, tibi que di- ueris: ut acutè notat S. Doctor. *Non credidit huic per inopiam mihi per dimittis crede: semetipsum dedit pignus.* Hic ò Christiani (clamat D. Petr. Chrysol.) fides est exerecenda, quā credas manus pauperum, manus esse Christi nostri Saluatoris, qui adstat à dextris pauperis, id quod das pauperi recipiens. Hoc solum, quod his in manibus tra- dideris (teste D. Basil.) tibi remanebit, cetera vo- lō, si non fiat in damnum tuum, certum est quod non erunt tibi in salutem, cum te moriente, ne- hilum quidem tecum auferes eorum quæ posside- ris, non enim mentiri potest, qui ait: *Dives cum dormierit, nihil secum auferet: aperiet oculos suos, & nihil inueniet.* Apprehendet cum quasi aqua, in- opia, non de opprimet eum: tempestas. Exemplo tibi sit auarus ille diues Epulo, qui nec guttam aquæ reperit, & æternum sitiet adeo eius indigus, ut nunquam sic illam acciperet. Finem inpona- mus consilio Spiritus sancti: *Propter mandatum assume pauperem, & propter inopiam eius, ne di- mittas eum vacuum.* Esto sollicitus, ò diues, cu- tam gere pauperis: hoc enim significat: *Assume pauperem.* Primum: quia hoc tibi mandat Deus: secundo: ob eius inopiam.

Auertit Iansenius Gandens. Episc. hoc loco: bene textum inspiciendo, non esse legendum (suis) sed adhibere, *propter inopiam:* q. d. Hoc tibi per- suade, te pauperi largiri elemosynam, ut euites, & liberes te ab inopia, tibi que prospicias in tem- pus necessitatis, instante namque necessitatis ho- ra, ne te lugeas, cum virginibus factus, non habe- re, vnde lampadem tuam accendas, & ad eas re- ductum angustias, quas diues passus est epulo, qui si incedico Lazaro vel hilum viuens dedisset, hoc mortuus inuenisset, sed qui Lazaro micæ panis auarus negauit, guttam aquæ sitibundus petiit, sed passus repullam non obtinuit. Tibi ipsi pro- des, quādo elemosynam das pauperi, multo ma- gis, quam illi: *Benefacit anima sua vir misericors,* ait spiritus S. At ex Hebræo legitur: *Restituit anima sua vir misericors:* In animæ tuæ salutem Hieron. Bap. de Lanuza. Tom. 1.

tribus, quando pauperi benefacis, factus illi mi- magio sericors. Optime S. Tobias hoc intellexit, cuius quam consilium, tanquam senioris & sanctioris viri, est pauperi attendendum. *Quomodo potueris, isa esto miseri.* Preu. 11. *cori si multum tibi fuerit, abundanter tribue, si exi 7. guum tibi fuerit, libenter impertiri iudez pramium Tob 4. & enim bonum tibi thesaurizas in die necessitatis. Vos quibus multum est, multum date. Credis forsan, ò diues auare, cui purgantur opibus arcæ, Deo te satisfacitum frusto panis coaroso, & semicor- rupto, an veste detrita? si parum tibi sit, libenter da, desiderans, posse plura præstare, ut vidua E- uangelica: non tibi dies præteruolent, quo non aliquid largiaris, thesaurizas enim tibi in diem necessitatis. Hoc bene declarauit S. Iohannes cog- nomine Eleemosynarius, a illo pane, quem alter in pauperem fremens proiecit, cum in faciem eius deliquit, nihilominus, hoc ei profuit, ut non damnaretur. Cum vero hanc materiam alia- latè pertractauerimus, his supersedemus.*

§. 19. De Cineribus insurgunt in nobis anxia sollicitudines, quæ à somno excitent, ut mis- ca Ægyptios.

VT nobis auxilium præstet S. Ecclesia, illud 41 agendi, quod Deus à nobis exposcit, vitur hac solemnè ceremoniâ, quam modo vidi- mus, capitibus nostris cineres imponens, ut no- bis etiam inuitis ibi maneant, & vsque ad inti- mum cordis peruadant, cogant que nos de eis cogitare, eos que tangere. Ex diuina sapientia pro- cessit, quod Moyses egit cum Pharaone & Ægy- ptiis. Erat cor Regis huius obduratum adeo, ut Deum non curaret, præceptis eius non obediret, eius verbis anrem surdam præberet, & commis- siones, quas ex parte Dei percipiebat, eluderet. Accipit Moyses (iubente Deo) virgam illam pro- digiosam, quâ suas omnes dirigebat actiones, eâ- que terra puluerem percudit; & ecce, ut terram tetigit virgâ, emergunt infiniti mulcârû ac sci. Exod. 8. niphû exercitus: *Omnis puluis terre versus est in 17. sciniphes.* D. Aug. a secutus Philonem b & Orig. ca Lib. 3 de opinatur sciniphes speciem quandam crudelium Trin. 6. 7. mulcârû quæ suo strepitu, & aculeo acutissimo & ser 372 illos requiescere non sinebant, vel ad momen. de temp. tum, itaque conigit, ut è cineribus excitatæ mu- b Lib. de scæ, tam acriter eos pungerent, ac tot aduolarent, vita Moy- ut nec Regi, nec cuiquam ex eius domesticis, auti- aulicis, quimodò nec totius Ægypti vlli homi- c Hom. 4. num concederent vel ad horam dormite aut vllon. Exod. loco quietum consistere, aut oculos in strato ta. 1. centi occludere. O terribilis virgæ ictus in terra Phara- puluere, per m

Habes ad in eius visa apud Sur 23. lanuar. & tract. 2. n. 531. Tract. 2. p. 2. per tot.

geas de cinere excitatas.

pulvere, quam efficac ad producendum pungentes mulcas, quæ somnum impediunt & suscitent profundissimè soporatum.

Ecclesia Sancta Mater intuetur nos, ut alter soppore grauiatos. Dei oblitos, nostræ salutis, quini-
mò & nostri immoiores, qui neque Deum au-
dimus, neque eius legem seruamus, & ut alter
Phariseus, eius voces nihili facimus, prædicationes
ridemus, nuntias ex parte eius nobis insinuata in-
tergum reiciimus. Quid remedi? Hoc est agen-
dum, virgâ terræ puluis percutiatur, virgâ actio-
num nostrarum directio: Quæ est (amabo) hæc

I. Virga Moyse est israel.

virgâ? intellectus yester, hic est per quem anima ducit, regit, & suis gubernat actiones. In hoc vos maxime estis infelices, quod virgâ hac vix vnquam terræ puluerem percutiatis. Aliquando virgâ hæc aurum percutis, consideras, & perpendis, qua ratione diues euadas. Iterum & dignitates, inquietus quibus medijs ad eas sis ascensurus. Item & delicias, perferutans quomodo illas obtinebis. Iterum venustam faciem eius quam heri intuitus es, & pulchritudinem eius, cui hodie occurristi. Consultum (crede mihi) foret, ut aliquando virgâ intellectus tui terræ puluerem concuteres, considerando substantiam tuam, te puluerem esse, & in puluerem reuersurum.

III. Terra virga percutienda est.

O si nunc terram percuteres, meditando, quod paucis ab hinc annis, aut mensibus, quini-
mò forsitan diebus, vel horis hoc tuum corpus modò ita farnatum, adornatum, vestitum, deiciet in sepulchrum planè nudum, solo vili linteamine coopertum, quod terrâ recondet, ligone percutientes oculos istos, quos tanti facere consueuisti: quod facies illa, quam tam inaniter sibi-
perlinisti, erit puluere lucida, vermium esca, propediem in puluerem lutumque resoluenda! Anima vero vestra, præcepta raptâ, & ad Dei iudicium producta, in supremo illi astabit tribunali, de quo non licet appellare, vbi accusatores demones, etunt præsentés velut leones, vt eam sibi in prædam diripiant, & secum ducant æternis penis affigendam: Quod insuper & hæc bona vestra, vestris sunt hereditibus permanura, qui qui non magis recordabuntur, ac si nonquam vixisses, sed eorum quisque tantò erit hilarior, magis que tui immemor, quò ei pars tuorum bonorum sorte maior obigerit.

O si cogitares aliquando ad tales te redigendum angustias, in quibus tibi non possint amici esse subsidio, & quod in terris remanura sit pecunia illa tam diligenter asseruata, domus tam sumptuose ædificata, porticus & deambulacra tam studiosè erecta, & te maneat æternitas, quam in-

grederis, sola tecum bona tua opera educens, do-
bus quæ tibi fors sit obuentura. Non percussisse eo modo terre puluerem, caussam dedit profundæ
sacordix cuidam bene sano diuini, cuius histo-
riam tot circumstantiis expositam narrat D. Lu-
cas circa quas multa dixerunt D. Aug. a D. Gre. a
gor b. sed particulariter D. Ambrosius de verbo
ad verbum parabolam explicans & ante omnes
D. Basil. d. Homo quidam eras diues, ait Christus
cui horrea erant turgens, fructibus anni præce-
dentis, & agri adeò frugiferi, vt quò fructus re-
ciperet, profus ignoraret.

Cubito inmix cogitare coepit. O me diu-
tibus quæ tibi fors sit obuentura. Non percussisse eo modo terre puluerem, caussam dedit profundæ
sacordix cuidam bene sano diuini, cuius histo-
riam tot circumstantiis expositam narrat D. Lu-
cas circa quas multa dixerunt D. Aug. a D. Gre. a
gor b. sed particulariter D. Ambrosius de verbo
ad verbum parabolam explicans & ante omnes
D. Basil. d. Homo quidam eras diues, ait Christus
cui horrea erant turgens, fructibus anni præce-
dentis, & agri adeò frugiferi, vt quò fructus re-
ciperet, profus ignoraret.

Et qua parafsi (d. infelix) cuius erunt?

Heu quam multis hoc accidit! quam sepius
alter strato suo, recumbens ratiocinatur, de pro-
spero rerum suarum successu: disponeus pro hoc
anno & sequentibus, tam mortis oblitus, quasi
immortalis, & tam super securus, quasi sedus cũ
morte & sepulchro percussisset, similis eis, de qui-
bus refert Isaias, qui affirmate ausi sunt, *verum-
mus sedus cum morte. Et cum inferno facimus pa-
tum.* O pauper, quis tui caue, ne, quod possibile
est, hac nocte hinc improuisus rapiaris. Et qua
parafsi cuius erunt? Inquirat Rex David que po-
sit subesse caussa, quod viuant homines tam so-
cordes, profus immemores Dei, diuine legis, &
sui ipsius, studentes solis delicijs, voluptatibus la-
sciujs & huiusmodi bonis. Fusè circa hoc discer-
rens, ait: *Non est respectus mortis eorum.* Legit D. Philo-
Hier. *Non recogitant de morte sua.* Expende ver-
bum hoc (retogitant) quod significat ex professo
semel, Nouit

semel. & iterum cogitare: O qualis orietur fru-
 ctus ex cogitare, & recogitare de morte: cogitare
 & continuo vitæ nostræ finem meditari, mortis
 angustias perpendere. Hæc enim cogitatio homi-
 nem subicit Deo, ut alterum Sennacherib Ex qua
 p. dicitur, ut qui hæc occupavit, festum diem agat
 11. Deo, id est, p. recogitatio. Reliquia cogitationis diem
 2. Hinc. 33. festum agens tibi. Considerat D. Chrysostomus quod
 licet nihil magis sit in ore hominū, quam mors,
 nihil tamen sit, de quo minus attentè, & sincerè
 cogitar. Licet videre, quod perpetuò tractent
 oretus de morte, quando matrimonia ineunt,
 contractus matrimoniales componunt, quod ma-
 trimoniū gaudij tempus esse consuevit; ad singula
 verba mentes occurrunt, & in tali casu sic disponunt;
 si maritus primò obierit, si vxor, si primogenitus
 defecerit, si natiū secundus, ita vt (ait ille) filius
 ponde non viuentibus, sed nec conceptis de eorum
 agitur obitu. Verum hæc omnia dicuntur ore-
 ticus, nec sincerè aut attentè perpendunt eam vt
 sibi vicinam, & que eos versâ charitâ retro præ-
 stoluatur, vt hinc abripiat minus de illa cogitan-
 tes, & imparatos: Non recogitant hie morte.

Hinc oritur non timere mortem, differre pœ-
 nitentiam, radicem seu sedem hic in terra figere.
 Percute intellectū tuo puluerem, & ecce quot e-
 mergent curæ, quæ tibi somnum excutiant. Con-
 tigit autem hoc Dauid. An non vides eum adeo
 vig. 4. in, vt primus excutitur de somno & præue-
 nit ipsos vigilas? Anticipauerunt vigilas oculi
 mei. Plus ego vigilabam, quam ipsi quibus ex of-
 ficio vigilas agere incumbabat. Videamus mo-
 dō, & Rex punitum, quis te excitaui? quæ curæ ti-
 bi somnum impedierunt? illæ forte quas secum
 trahit regni totius gubernatio? Hæc enim sine
 dubio Regibus permolesta. An forsitan hæc solli-
 citudo filios vestros tangebatur, intelligens eorum
 vitam dissolutam, aut filias tuas anxius de earum
 custodia, & certa collocacione? Nihil horum; que
 ergo? Expergefecit me timor adeo vehemens, vt
 mihi adimege loquelam, & vt atronitam su-
 pendere. *Turbatus sum & non sum locutus.* At
 quis ille terror? Num forsitan alicuius exercitus
 copiosi, qui ciuitati tuæ imminerebat, aut hostis,
 qui tibi bellum parabat indicere? Nec hoc: sed
 ex alia nascitur cogitacione. Et que, obsecro, hæc?
 Cogitans dies antiquos, & annos æternos in mentis
 habuit. Ad memoriā cœpi, reuocare præteritos
 annos, & eam, quæ restat, æternitatem.

Multa de præcedentibus diebus mente revol-
 uebam, ex quo tempore mundum Deus condidit
 ex nihilo, perpendens tot populorum diuersita-
 tem, qui omnes perierunt, & hinc discesserunt.

Vbi, quæso, famosissimi illi gigantes, qui solâ suâ
 præsentia hominem deterebant? Quid a terra
 de tot illustribus viris, qui prima iecerunt funda-
 menta tot familiarū toto orbe celeberrimarum?
 quis mihi ostendat potentissimos illos Monar-
 chas, qui suâ & auctoritate & nomine mundum
 implebant vniuersum? Quid modò tot tantique
 fortissimi Duces, suis stipati exercitibus, & his
 adeo numerosis, vt arenae maris compararentur?
 Quis nunc videat mulieres ob corporis venusta-
 tem & faciei pulchritudinem nobilissimas, quæ ab
 omnibus prudentissimæ & stimabantur? Euanuit
 totū, instar pulueris, idemque, de me breui futurū,
 sum angustatus. Demum conuerti mentem meam
 ad futura, & sine fundo mare cōtueor & abyssum.

nec finem, annos æternitatis, qui me transeunt, vel
 æterna cum Deo, & Angelis eius gloria in regno
 cœlesti, vel pœnæ æternitas, cum Lucifero &
 daemionibus in puteis seu carceribus sempiternis.
 Egone ille, qui tale subeo periculum, in quo me
 breui deprehendendum sine remedio perhorres-
 co? Gloria æterna, aut pœna æterna: quomo-
 do dormio? quomodo quiesco? quomodo rideo?
 quomodo delector? quomodo me non totum
 absorbit anxia sollicitudo? Hoc me (ait Dauid)
 habet vt atronitum, vt turbatum, vt nescium lo-
 qui: *Turbatus sum & non sum locutus.*

Hæc te, ô charissime, expergefaceret anxietas,
 si (vt docet D. Basil.) oculos tuos ad annos præ-
 teritos reflexeres, sed nec necessarium est recur-
 rere ad annos antiquos, peruolando, perfrons illos
 Monarchas Chaldæorum, Babyloniū, Medo-
 rum, Persarum, Scythorum & Romanorum, quos
 non vidisti: iam enim tibi liquet, quam latam de
 his posses instituire meditationem, ex iis quæ le-
 gisti in historiis exarata, ea ex Propheta Baruch
 colligendo: *Vbi sunt Principes Gentium, & qui Baruch
 dominantur super bellum, quæ sunt super terram? 16.*

*qui in aëribus celi ludunt, qui argentum thersauri-
 zant, & aurū, in quo confidunt homines &c.* Quid
 actū de illo Nemroth, qui tyrannicis suis actioni-
 bus quoscuq; suæ subiciebat seruituti? Hic ille
 qui celo bellum parabat, quinimo debellare sta-
 tuerat, excelsum illum, cælū versus, turrim erigē-
 do. Quid illa celebris Semiramis fundatrix mu-
 rorū Babyloniæ, quos spectaculū proposuit orbi
 vniuerso? Quid Cræsus inuicem & interminis
 diuitis satur, si satur? Quid Alexander Magnus
 suis tot præclaris triumphis inclutus, cui sese quasi
 in momento subdidit mundus? Quid Cæsares
 voco, quos vocant inuictos? Imperatores augu-
 stos? *Extirminati sunt & ad inferos descendierunt.*
 Verū horum euentus præteri velut antiquos,
 G 2 quos

V. Mundi
 vanitatis
 confide-
 ratio vt
 lissius.

quos à longè minus dignoscet. Cogitatio tua modernos annos percurrat, & ea quæ oculis tuis, diebus vitæ tuæ, spectator conspexisti; Quot enim vitos ditissimos nosti, potentes, sapos, prosperè agentes? Quot Principes, quot nobiles, quot dominos, quot dominas? quò devenerunt, quò evanuit talis domicella leuitas, venustas, & grata sodalitas, quæ totam recreabat civitatem, cuius gratiâ festa, & torneamenta sunt instituta? quò recessit gratissima amicitia tuæ gratiâ, quâ omnium sibi conciliabat affectum? Quò fugit Comes ille, quem in luctis & arundinibus videre, omnibus erat oblectamentum, qui equo resedens cursu oculos præuolatet spectatorum? Vbi talis iudex conditus iacet? talis Prælati, talis Canonicus? Vbi mercator, qui ob pluri- mas quas possidebat opes, digito ab omnibus designatus, superbiit. Quomodò tacet modò ille Prædicator eloquentiæ flumen, Magister tam doctus? *Exterminati sunt.* An aliter de vobis futurum, & in longum protrahendum, cogitatis speratis, confiditis?

43

Hæc verba, hi fuerunt discursus nostri magni Regis Philippi primi Atagoniæ, & secundi Castiliæ optimè ex iustitia meriti nomine Prudentis celebrati, qui iure hoc loco memorari potest, & celeberrimis Ecclesiasticarum pulpitis prædicari. Huic Deus longos concessit annos, septuaginta nempe duos, ad quos vixisse nescimus Principem ex domo Austriacæ quempiam, & per paucos Monarchas post David ad illos peruenisse. Concessit autem Deus tanto Monarchæ tot vitæ dies, quia sic beneficio Ecclesiæ suæ expedire iudicabat, cuius tam singularis vixit defensor, vt cæteros omnes longè antæqueret, Catholicos & Principes piissimos, quos mundus agnoscebat. Circa finem vitæ, multis, magnis, molestis, & foetidis morbis, oppressus decubuit, quòd si natura, verius dixero auctor naturæ Deus, ei tot concessit annos, noluit eum mors solo prosterneret, nisi prius ei ostendisset, Principes & mundi huius Monarchas, tam pudendum & miserandum fortiri vitæ terminum, sicut pauperimus quisque consequitur: eum itaque tam vili & dolorosa fame, opplevit, vt omnia corporis eius membra, manantes iugiter fontes esse viderentur: Cui accesserunt multa alia & maxime dolenda accidentia: quæ omnia tali petulenti constantiâ & fortitudine animi regalis & peccatoris tam Religiosi, quali præditum non ignoramus.

Verum cum talis esset præfens eius calamitas, non tantum hæc ei dolorem inflixit, quau-

tum apprehensio futuri: suo enim vivaci acerto- que iudicio meditatus, profundas iustitiæ diu- næ abyssos: computus, quos propediem esse redditurus tot vitæ suæ dierum, tot & tam di- versarum actionum, quales disposuerat & man- daverat executioni, tot regnorum, populorum, Provinciarum, quibus præfuerat, tantorum ex- ercitus, quos conscripserat, tot bellorum, quæ fuerat aggressus; tot provisionum in Ec- clesiastico & sæculari statu, quas fecerat; tan- tarum & tam variarum sententiarum, quas erat executus: optabat, se potius pauperem ouium paltorem prodisse in lucem, quam Regem va- tum Hispaniarum, vel in iuuentute mortuum; satis clarè præ oculis demonstrans: exiguum non esse probationem, Dei in hominem amoris, si eum maturè ex mundi huius periculis, & ca- lamitatibus eripiat; licet totâ suâ vitâ pius, ius- tus, religiosus, & sollicitus vixisset Princeps. Appropinquavit igitur hora, quâ sacramentum reciperet extremæ Vnctionis, quâ fuit prima Septembris anni supra millesimum, nonagesimi octauis, vt erat tam pius, religiosus, præcauus, & in omnibus suis actionibus prouidus & sagax, vt eam reciperet, Archiepiscopum Toletanum interrogabat formam & modum, quo illud Sa- cramentum aliis ministratur: numquam enim occasionem nactus fuerat, vt præfens adesset, dum alicui illud in extremis ministratur: susce- pit autem hoc Sacramentum magno feruore spi- ritus extraordinariâ pietate acibus Religiosis ardentibus, valde conformiter ei quod semper ostenderat. Aderat his omnibus præfens finis eius Princeps; accepto iam Sacramento iussit, vt omnibus foras secedentibus; ipse solus cum eo remaneret, tum religiosâ constantiâ, & animo valde sedato, erupit in hæc verba, æterni memoriâ dignissima. *Hæc mea sunt voluntas filii, vt hæc hora præfens adesses, & qualis sum in- srueris, & qualiter receperim extreme Vnctio- nis Sacramentum. Primum: ne tibi, quod mihi con- tingat, & quod ego, ignoravi, tu ne ignores for- mam se. quâ hoc ministratur Sacramentum. Se- cundo: vt perspicias quem finem accipiant totius orbis Monarchiæ, quis earum vltimus terminus. Ecce sibi mi, qualiter me Deus omni gloria & Regiâ maiestate denudavit, & vobis hanc assignat inue- stituram. Infra paucas horas erit mihi pro his vitæ lineamen: hoc autem vnicum, quoad res tempo- rales, mihi supererit, ex omnibus meis divitiis, ho- noribus, & Regiis dignitatibus; quod abieci sum sane cingendus, quo in terram amittar: ita- que sicut de capite meo corona Regiâ maiestatis*

VI. Phi- lippi secun- di Hi- spania- rum Regis ad fi- lium vltima verba

¶ Hæc mihi interueniente morte Deus tollit, ut tibi
 tam imponat. Et tandem decidet de capite tuo ea-
 dem quoque corona, sicut modò videri mihi iam
 delabi, ut trahatur alteri. Lucentis es. Sui & ego,
 numerati sunt dies mei, & iam completur eorum
 numerus: tuorum autem nouit Deus, & pariter
 fuerintur, nec tibi aliter succedet, quam vides
 modo mihi contingere. Contemplaris hunc pulum,
 rationis tuas dirigit, negotia tua composito gres-
 su tuos deducit, & vitam tuam inßimio: in
 qua duo quasi omnium curarum tuarum primicia
 tua sunt obseruanda. Primum; ut lapis funda-
 mentalis omnium tuorum bonorum succi suum. sit
 erga Sanctam Ecclesiam Romanam Catholicam
 obedientia & erga summum Pontificem, ut eiusdem
 supremum caput. Secundum: subditu tuu seruato
 iustitiam, & iuxta illam eos gubernato, &c. O
 qualia verba, æternâ memoriâ & consideratio-
 ne dignissima, & quæ ad viuum verbis demon-
 strant, præter id, quod vobis præ oculis contin-
 git, quam parua sunt hæc omnia, quam cito pe-
 teant, etiam illa, quæ maxima, quæ solida, quæ
 solidè fundata esse videbantur. Ut verò veller
 hoc consideret intellectus, & capita vestra ac
 frontes huic cogitationi applicetis, ut hinc in
 vobis nascantur curæ & anxietates, idcirco capi-
 tibus vestris cineres affricantur, quo hinc dif-
 cedentes, hoc vestrum caput cinere conspersum
 & velut mortuum, cinerem hunc quærat, illum
 ostendat, ita ut velitis, nolitis, cogitatio vestra
 cineribus occurrat; quod si reauerint & fuger-
 int, ipsi vos detineant, manu apprehendant, &
 secum rapiant, ut nolentes, volentesque de ipsis
 hoc cogitetis. Puluis es, & in puluerem reuer-
 teris.

§. 20. Omnia mors redigit in cineres, ut la-
 pillus ille omnia metalla statue Nabuchodo-
 nosor.

44. Sæpius facta est mentio visionis, quam ha-
 buit Rex Nabuchodonosor, quam narrat
 Daniel: Verumtamen tam profundis feat
 mysteriis, ut semper noua detur reuelare. Er-
 ret magnus hic Monarcha in cubili suo noctu
 prostratus, & cogitare cepit de prædecessoribus
 suis, qualiter imperia sua adeo extensa & dilata-
 ta fundassent; quàm opulenti, quàm potentes,
 quàm fuissent honorati, & quomodo tandem
 esse desuissent: alij hoc modò, alij aliò, de qui-
 bus fulè narrant historie: tam sacræ, quam pro-
 fanæ. Ex consideratione tam variorum euen-

tuum, ortum est in eo animum desiderium scien-
 di, qualè ipse finem esset habiturus. O si vos hoc
 faceretur, & vos & omnes, quando in cubilibus
 vestris solitertitis, ac serio cogitaretur præde-
 cellorum varios euentus, sineque tragicos: O sidera-
 si tu circumites funellos ac intusillos successus tuo Na-
 & exitus huius mundi, quos perpendens substi-
 bucho-
 lteres in cogitando, & quis erit meus tui sodo donosor,
 quid mea refert sollicitum vivere de filiis, &
 mei obhæsei? An melior forsitan sit mea fors fu-
 tura, quàm parentum meorum, aut atatorum?
 sumne alterius ab illis substantia? An hic per-
 petuo in mundo permanurus? An ego mecum
 delaturus, id quod ipsi, quia auferre non potue-
 runt, hic reliquetur? Hæc anxia sollicitudine
 pressus Rex, obdormiuit. Voluit autem Deus
 eius huic desiderio satisfacere, & hæc celebri sta-
 tuâ quasi stupendò Hieroglyphicò præsignare,
 hoc quod ipse scire cupiebat. Ostendit illi per
 somnium statuam excellam, aspectu terribilem
 & portentosam: Huius statue caput ex auro op-
 timo erat, pectus autem & brachia de argen-
 to, porro venter & femora ex ore, tibia autem
 pedum quadam pars erat ferrea, quadam si-
 cilis. Stupet rex, rem videns tam nobilem in
 auro, tam diuitem in argento, tam fœnoram in
 ære, tam fortem in ferro. Videntur huic non
 posse obesse vllæ vires, nec quod eam demoliri
 valeat aut paupertas, aut necessitas, aut versutia,
 aut violentia. Eadem horâ ecce lapidem de mon-
 te præcisum sine manibus, qui impingat in pe-
 des statue ex luto. Quid inde? aurum, argen-
 tum, æs, ferrum, omnia hæc subito contrita, &
 redacta quasi in fauillam astuta ærea, qua rapta
 sunt vento, ut ex his omnibus ne vel atomus su-
 peresset. Hoc viso ita raptus, ætonitus, & ter-
 rus auius Rex hæret, ut ei vires deficiant & o-
 iusdem visionis penitus obliuiscatur, solus eum
 detinet horror. Conterritus est spiritus eius, &
 somnium fugit ab eo. Adiunt diuini, aruspices,
 magi, Chaldei, nullus Regem solatur, quietat,
 aut petitioni satisfacit, donec veniat Daniel, hic
 Regi somnium indicat, & explicat ænigma.
 Quod d. Rex vidisti, scito esse imaginem, per
 quam tibi voluit Deus ostendere, hoc quod
 tantopere scire desiderabas, quem sis finem ha-
 biturus, & quid de te postmodum futurum.

Aurum, argentum, æs, ferram, omnia in pul-
 uerem suat redigenda. Fieri ne potest? Fieri po-
 test, omnia enim luto innituntur: nihil potest
 esse firmius eo fundamento, cui innititur: fun-
 damentum horum omnium lutum est, & pul-
 uis, in quod hæc omnia sunt redigenda, nisi in